



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 38. Innocenti XIII. Pontificis Maximi obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

lulum respirare cæperat, moxque cum Sæc. XVIII.
 Cardinale Spinola Status Ecclesiastici A. C. 1724.
 Secretario de gravioribus Ecclesiæ ne-
 gotiis conferens, quædam adhuc de-
 creta condebat. Eadem autem nocte
 morbus gravioribus ingravescit accef-
 sionibus, adfunt in tempore Medici,
 censent incisionem in femore oppido
 necessariam esse; absterrentur tamen,
 dum pedem erysipelate inflammatum
 deprehendunt.

§. XXXVIII.

*Innocentii XIII. Pontificis Maximi
 obitus.*

Postmodum tam periculosa febris in Hist. Unio.
 Innocentium Papam tota vi irruens tom. 9.
 incubuit, ut paucas intra horas pene pag. 677.
 confectum ac prostratum valetudinis mo-
 les ad extrema deduceret, unde Me-
 dici desperato curationis successu su-
 prema lanquenti denuntiant. Sparso per
 urbem funesto hoc rumore Jacobus III.
 Angliæ Rex cum sua Coniuge die octava
 Martii ad Pontificium properabat Pala-
 tium, ubi suam gratitudinem lacrimis
 & verbis contestatus, tanti Benefacto-
 ris jacturam deplorabat: Ipse etiam
 Bernardinus Cardinalis de Comitibus
 Papæ Frater cunctos Purpuratos in
 Urbe agentes convocabat, ut mori-
 bundo

Ss 4

bundo

Sæc. XVIII. bundo Pontifici postrema reverentia
 A. C. 1724 honorisque obsequia præstarent; et
 his nonnulli eum rogabant, ut quatuor
 Sedes in Sacro Collegio vacantes non
 Cardinalium inauguratione compleret
 velit, his vero Papa respondit: *Regnum
 meum non est jam de hoc mundo: abiciam
 me, ut his curis, in novas angustias
 tempore me conjiciam, quo animæ mea
 luti invigilare, & de gravioribus Deo
 tionem reddere cogor.* Solus tamen
 finus Galliarum Legatus tantum
 rat, ut Papæ eadem adhuc die Carolinam
 Catharinam ab impedimento, relaxaret
 etiam expensarum media parte, solve-
 ret, sicque primi sui Mariti Godofredi
 Bullionii Nepotem connubio sibi jungeret
 posset. Sequenti autem die septimo
 Martii calor extremos artus deserens,
 sese in intimos sinus recipere videba-
 tur, quocirca omni ope & opera mo-
 ribundus adnixus est, ut quam pueri-
 mam exegerat vitam, piissima quoque
 morte clauderet. Omnibus igitur Ec-
 clesiæ Sacramentis rite præmunitionibus
 extremæ luctus sese accingebat, con-
 suetasque Ecclesiæ preces tanta reli-
 gione exsolvebat, ut adstantes vix
 a lacrimis temperare possent. Per
 tegrum hunc diem extremos ducebatur
 anhelitus; tandem vero circa quartam
 diei horam vespertinam mortifera mor-
 tu

oculis offusa diem subduxit, & tenor Sæc. XVIII.
 suus a venis, & vigor a membris peni- A C. 1724.
 tus recessit, demum circa horam quin-
 tam Pontifex longiore vita dignissimus
 animam exhalavit, anno ætatis suæ
 sexagesimo nono nondum expleto:
 Pontificatus secundo cum mensibus de-
 cem, & viginti novem diebus. Die
 octava Martii, Seniores cujusvis Or-
 dinis Cardinales datis literis Purpura-
 tos absentes ad proxima invitabant co-
 mitia. Cadaver vero Innocentii in Sacello
 Gregoriano a latere tumuli Christinæ
 Sueciæ Reginæ in Basilica D. Petri se-
 pultum quiescit.

§. XXXIX.

Hujus Pontificis gesta in Pontificatu.

Quamprimum Innocentii XIII. Pon- Dorsan. l. c.
 tificis obitus Romano populo in- p. 186.
 notuerat, repente omnes insolita in- pag. 252.
 sit tristitia, & luctuosa rerum facta est Guarnac.
 conversio. Lugebant probi, Innocen- Vita Pontif.
 tium in medio Pontificatus sui curri- tom. 2.
 culo tot justitiæ, pietatisque operibus pag. 385.
 bene cæptis, ac nondum absolutis ere- Hist. Chron.
 ptum, ac pene avulsam esse; quamvis cont. l. 17.
 enim in D. Petri folio exiguo admodum Nova lit.
 tempore sedisset, plurima in maximam pag. 65.
 Ecclesiæ populique Romani utilitatem Abrege
 disposuerat, pacisque amantissimus om- Chron. de
 nes Hist. Eccl.
t. 3. p. 53.

Ss 5

nes